

## De Purgantibus primariis.

*CCCCXII. Agaricum.*

Agaricus s. Agaricum fungus est  
albicans trunco loricis adnatus. *Vid.*  
*Brunf. Matth. Dod. Cord. in D. Lob. Cast.*

*Tab. Ger. Cam. Lon. Porta Bellon. German.*  
Lerchenschwamm.  
Et quæ *Diosc.* & *Mas.* hic reprobatur.  
& *Plin.* Fœmina, hac præferitur.

Mas rotundus est, & undique si-  
bi similis (*Plinio*) crispior amarior-  
que. Fœmina rectas intus habet pecti-  
num modo venas & q. divisuras (*Plini-*  
*o*). Fœmina solutionis est, initio dul-  
cis, mox in amaritudinem transit.

Eligatur itaque Agaricus albus,  
levis, valde rarus, velociter friabilis  
sapore primum dulcis, mox amarus  
& stypticus. Reprobatur lignosus,  
longus, durus ac gravis.

N. 1. Pars exterior præstat interiori.

N. 2. Multos in annos durabilis est,  
sine virium jaellura.

N. 3. Adnascentur istidem Fungus Abte-  
ti, Piceæ sylv. Tede & Larici, sed solum  
Larignus intra corpus sumitur.

Vires. Pritium educti tenuem aquo-  
sam, serosam & viscosam totius corporis  
& imprimis excrementa mesenterium  
capitis ac pulmonum. Urimam ciet ac  
mensis, calf. 1. sicc. 2.

N. 1. Quia ventriculo nauseabundus  
est, corrigitur stomachicis, e. g. Zinzib.  
gargophyll. Spica Celta. &c.

N. 2. Quia tardè operari solet, additum

stimulus ex sale gemma, crystallis &  
similib.  
Dosis à 3j. ad 3ij. In infusione à 3ij.  
ad 3v.

## PRÆPAR.

1. Extractum Agarici.  
Agarici, q.v. Extrahe cum V,  
&c. August.

N. Sala adhibet Agaric. Trochisca-  
tum extrahitque cum V.

Alii aquam adhibuisse malunt, ac  
præ aliis aquam Anisi vel Cinamomi  
in qua Agaricum macerant (hor. 24.  
exprimunt ac inspissant. Verum e-  
nimvero quia Agaricus non nihil re-  
sinosi quoque in se continet, præstat  
V adhibere.

Dosis à 3j. ad 3ß. vel 3ij.

2. Agaricus Trochiscatus.  
Agaric. limat. cum vino in quo  
maceratum Zinzib. additoque tan-  
tillo Tragaçant. vel Gummi Arab.  
F. Trochisci.

3. Trochisci de Agarico.  
Agar. lim. 3ij. V, 3ß. Zinzib.  
3ij. cum Oxymell. q.s. F. Trochisi.  
V. Disp.

4. Pilula de Agarico. V.D.  
Dosis à 3ß. ad 3ij.

5. Pilula Hieracum cum Agarico.  
V. Disp.  
Dosis à 3j ad 3ij.

CCCCXIII. Asarum.  
Aougov, Dioscorid. Asarum, Brunf.  
Ecccc 3 Trag.

Trag. Matth. Fuchs. Dod. Cord. in D. & bift. Lon. Caff. Tab. Ger. Cam. C.B. 1. Asarum baccaris seu baccatus, Lob. alis, vulgago, Haselwurz.

Solo gaudet montano opaco Viciariaque corylorum. Viret perpetuo, nova folia tamen una cum flosculis vere promit.

## OFFICIN. NAT.

*Radix colligitur vere: & folia.*

Vires. *Crassam pituitam, bilemque utramque per vomitum ac nonnunquam per secessum violenter expurgat. Calf. & sicc. 3. diureticum est, ac emmenagogum insigne, Epar, Lienem, vesicamque fellis aperit. Hinc utile in arthritide, hydrope, febribus praeципue tertiana & quartana, in ictero, &c.*

Dosis Rad. à 3*lb.* ad 5*j.* in substantia, à 3*j.* ad 3*uij.* in infuso.

Folia exhibenior. N. 6. 7. 8. 9. infusa, cocta & expressa.

## PRÆPAR.

1. *Ex terra alcalifatu, quod venit nomine coaguli Asari. R. Rad. ac folia Asari, extrahe cum V. ac filtra. Hinc adde sal ex incineratis fecibus elixiviatum, & ad ignem fusione calcinatum, solutione ac inspissatione purificatum, abstrahetque Vini spiritum ad consistentiam melis. Vide Sennert. in Inst. Hariman. in Pratt.*

Dosis 3*j.* ad 3*ij.*

2. *Diasarum Fernelii. Vid. lib. 2. cap. 51.*

Dosis à 3*j.* ad 3*lb.*

## B

## CCCCXIV. Bryonia.

"Αμπελονευνη, Dioscor. Bryonia, Trag. Lon. Tab. Cam. alba, Dod. Ger. Vitis alba, Matth. Fuchs. Cord. in D. Lob. Caff. C.B. 1. German Baumrute Schmeerwurz / Stickwurz / Scheißwurz.

Est baccis rubris & nigris, utraque usualis, preferuntur tamen prior.

Crescit in dumetis: Floret Mayo.

## OFFICIN. NAT.

*Radix collecta verno tempore.*

Vires. *Purgat validè serosos & putidos humores. Splenetica. Uterina & Iecoraria est, utpote quorum obstructiones aperit. Calfac. & sicc. 2. Hydropicorum aquas per vomitum ac secessum educit, menses ciet, foetum ejicit, suffocationes uteri arcet, asthmata liberat, podagrasis convenit (intus & extus.)*

Dosis in substantia ad 5*j.* in Infuso ad 3*lb.* vel ultra.

## PRÆPAR.

1. *Fecula Bryonia. Vid. l. 2.*

Vires. *Uterina est, menses ciet, sed non circa nauseam.*

Dosis ad 3*j.*

2. *Unguentum Agrippa. V.D.*

## C.

## CCCCXV. Carthamus,

*Kyno, Dioscoridis. Kyno, Plini, Arab. Karten. Cnicus, Matth. Dod. Lob. Caff. vulgaris, Clus. bift. sativus, Cord. in D. & bift. Lob. Cnicus urbana & sativa, Theophr. & Plini. Carthamus,*

## C L A S S I S III.

223

thamus, Brunf. Trag. Fuchs. Lon: flo- siliqua, Matth. Cass. F. Alexandrina,  
re croceo, Cam. Cnicus sativus seu C.B. 1.

Carthamum officinar, C.B. 1. alius, N. Advehic cepit & ex Brasilia, Cassia  
Crocus sylvestris, Cneus, German. purgatrix, cuius ʒj. p. i. purgar quam ʒij.  
Wild Saffran.

N. Floribus est croceis rarius albidis, Cassia Arbor procera est, instar  
illorum admixtione adulterant Crocum.

Colitur in hortis Italiae, Gallie.  
Floret Julio & Augusto.

## OFFICIN. NAT.

## Semen.

Vires. Semen pituitam viscosam ac  
aque vomitu ac dejectione purgat: con-  
sum maxime peccori: Calf. & sicc. 1. Sto-  
machio adversatur, ideoque corrigitur sto-  
machicis, anis, galang. Zinzib. &c.

Dosis in substantia à ʒj. ad ʒij. ℥.  
(sed raro ita exhibetur ob viscosita-  
tem) in infuso à ʒiij. ad vij. vel ultra.

## PRÆPAR.

1. Extract. Diacartham f. Cnicophar-  
acum. Vide D. A.

Dosis à ʒB. ad ʒuij.

2. Syrupus de Carthamo. V. D.

Dosis ab ʒj. ad ʒtj.

3. Electuar. Diacartham. Dof. ʒj.

4. Species Diacartham. Dof. ʒj.

## CCCCXVI. Cassia.

Cassia, (Casia) fistula, Arab. & Al-  
m. Cassia nigra, Attuario, Dod. Cord.  
D. Cas. Frago, Tab. Ger. Cass. laxa-  
tiva, Lon. Cass. solutiva, Bell. Monard.  
Barz. Siliqua aut Cassia purgatrix  
Arabum, Lob. Cass. Ægyptia f pur-  
gans, Cam. alius, Cannafistula Siliqua  
adica. Cass. solutiva seu Ægyptia,

Cassia Arbor procera est, instar  
juglandis ferens siliquas seu cannas  
longas, rotundas, exterius lignosas,  
intus seminibus ac medulla præ-  
gnantes.

## OFFICIN. NAT.

Siliqua f. Cannæ medullam inclu-  
dentes. Hæ eligenda ponderosæ, re-  
centes, plenæ, quæque minime com-  
motis intus seminibus resonent,  
splendentes, foris etiam ac in pulpa  
pingues.

Vires medullæ: Alvum lenit, cle-  
menteque sine tormimbris feces educit,  
caliditate ac frigiditate temperata (Fer-  
nel. cal. j.) catet a humidior, unde nec hu-  
mido ventriculo nec hypochondriacis ac  
flatulentis nisi stomachicis & carminati-  
vis. (E. g. Cinam. Mastich. sem. ani.)  
correpta convenit. Potio ejus grata est  
pleuriticis.

## PRÆPAR.

1. Cassia flos f. pulpa Cassia. Cassia ex-  
tracta. Fit trajectione medullæ exem-  
pta per cribrum.

N. Vapor aqua cribro subditur, ut me-  
dulla in cribro agitata eo faciliter trans-  
eat: debet autem fieri extractio achtuntis  
quando usus postulaverit, ac sepius quippe  
pulpa cum tempore.

Dosis. Infantibus ad ʒj. ℥, adultis ad  
ʒij. ℥. in clysteribus ad ʒij.

2. Cas.

2. *Cassia extracta seu Cassia extracta communis sive pro clysterio.* Fit pulpam cum decocto herbar. mollientium & melle ad consistentiam Electuarii coquendo. Vide Disp.

3. *Elect. Diacassia cum Manna.* Electuarium est & paratum ex pulp. Cassiae, p.vj. Tamarind. j. Mannæ ij. Sacchar. Cand. j. Penid. j. Sacchar. Violar. iiiij. quæ suscipiuntur decocto prunor. & syrupo violar. V.D.

Dosis ab ʒij. ad ʒij.

4. *Cassia Extracta sine foliis sene.* Electuarium est ex pulpa Cass. lib. ij. Tamar. ʒij. Sacchar. libij. susceptis decocto expressi. polypod. sem. cartha. herbar. pectoral. Vid: Disp.

5. *Cassia Extracta cum foliis sene.* Fit ex prioris Electuarii p. xij. pulv. sen. p. j. Vide Disp.

6. *Extractum Cassiae.* Vide Quercer. in Diæt. & Ph. Rest.

Dosis ad ʒij.

### CCCCXVII. Cataputia minor.

*Lathyrus, Dioscor. Lathyris, Brunf. Matth. Fuchs. Dod. Cord. in D. Lob. Lon. Cam. Cast. Ger. Tab. Lathyris s. Cataputia minor, 2. Trag.* Cataputia minor, Lob. Tab. Lathyris minor, C.B. 1. Granum regium minus, Mesues. Germ. Springörner.

Ratione ætatis, latiora vel angustiora folia habet, hinc apud Tab. Lathyris duplex, latifolia scil. & angustifolia, quæ promiscue usuales.

N. Recensetur inter genera Tithymalorum, utpote tota candido & latteo succo turgens.

Colitur in hortis: Floret Julio, Fert semina Augusto.

### OFFICIN. NAT.

Semen (grana) rarissimè Folia.

Vires. Purgat cum violentia per uitum ac secessum, humores in primis serofos & biliosos, hinc phlegmaticos, calf. & sicc. 3. Dosis à baccis vj. ad xij. Folia No. uij. vel v. sed est rari usus. Extricatus vesicatorum exhibet & psilothrum, precipue succus ejus lacteus.

### CCCCXVIII. Colocynthis.

Colocyn-	rotunda major. oblonga. this C. B. pyriformis. est pomiformis.
----------	---

Dicitur Κολοκυνθής, Dioscor. Colocynthis fructu rotundo minor, C.B. 2 Fæmina, Tab. Coloc. fungosa & levigata, Cord. hisp. alius cucurbita sylvestris, fructu rotundo minor, vulgo Colocynthis Sicyonia. Arab. Chandel, Handel & Handhal. Videatur & Colocynthis, Matth. Cord. in Dios. Lon. Lob. Dod. Cast. Cam. Ger. Vera, Trag. prima s. mas, Tab. Germ. Colocynth.

### OFFICIN. NAT.

Fruitus seu poma ac præcipue medulla ejus arida, assertur autem ex Ægypto.

Vires. Puuitam crassam ac glutinosam ex profundaeribus & remissoribus partibus expurgat; ut ex cerebro, nervis junctu-

juncturis, pulmonibus, unde cum commode exhibetur *Verriginosis*, *Hermicraniis*, *Epilepticis*, *Apoplecticiis*, *Scabie*, *Lueque Venerea afflictis*. *Calida est & sic*. 3. verum ob vehementiam ac amarorem, & quia venireculo ac intestinis noxia est, rarissime in substantia & non nisi robustissimo decenter correcta exhibetur. *Corrigentia illa sunt cuminum, tragacantha, mastiche, bdellium & similia cardiaca, hepatica, stomachica.*

*Dosis in substantia à gr. viij. ad 3ij. in hysteribus in pecta ad 3B.*

## PRÆPAR.

1. *Trochisci albandal. V. Disp.*
2. *Infusum Trochise. alband. 1. vii. vii aureus Rulandi (nonnullis.)*
3. *Trochise. Alhand. 5*1*<sub>2</sub>. V Mal-  
rat. 5x. vel 5xij. Digere aliquandiu  
ultra & serva ad usum.*

*Vires. Purgat per alvum absque pe-  
niculo omnes humores viscosos, bilem ut-  
ramque ac serum, si tertio quoque die  
vane propinetur.*

*Dosis à 3ij. ad 5j. vel 5jB. vel si pla-  
uerit insipissare ad consistentiam extra-  
hi detur à 3*1*<sub>2</sub> ad 3j.*

3. Extract. *Colocynth.*

3. *Colocynth. pulpe (rejectis se-  
minibus) pulverisatae, extrahe dige-  
tendo, vase clauso cum V, aliquot  
temporis spacio otam acrimoniam amittet, ) filtra-  
te si dulcius desideras, iterum dige-  
te, & dulcesceat. Medicamentum e-  
stadiens optimum, ad pituitam & ali-  
os humores crassos à remotioribus*

partibus attrahendos, idque sine no-  
xa. Corrigitur oleo Mastich. Nucif. Cinam. *VVeckerns ex Querc.*

N. *Sala. 1*2*. pulpe coloc. sine se-  
mine q. pl. eamque subinde irroran-  
do ▽ plantag. incidit, dein extrahit  
cum ▽ plantag part. ij. V p. t. fil-  
trat, defecat & insipillat ad consi-  
stentiam mellis.*

*Menstruum ex ▽ plantag. & V  
commisceat, ne quid ex parte resino-  
sa ac viscosa quibus Colocynthidem  
constare ait intactum maneat.*

*Dosis à gr. iiiij. ad x. cum corrigenti-  
bus.*

N. *Praefat Extractum hoc cum aliis  
purgantibus miscere, ut illis stimulo sit,  
quam solum idem exhibere.*

CCCCXIX. *Ebulus.*

*De Ebulo actum est supra. class. I.  
Hic loci ergo solum Ebuli partes  
purgationi inservientes, perstringi-  
mus. Hæ sunt Cortex & Acini s. semi-  
nula baccarum.*

*Vires. Ebuli cortices & seminula vim  
habent educendi ▽ m, conferunt igitur  
in Hydrope, Arthritide ceterisque mor-  
bis à seronatis.*

*Semen Ebuli solutorium acquiri-  
tur hoc modo:*

4. *Baccar. Ebuli quantitatem ma-  
gnam, expime succum, (quem in  
Extractum redigere poteris ad nor-  
mam datam l. 2.) acinulosque resti-  
tantes à filiisque separa, aliquoties  
lavando, semperque quod superna-  
tit rejiciendo, donec solos acinulos*

eosque puros nactus fueris. Hos sicca alterum, *Cast.* Hellebor. Hippocratis, *Tab. C.B. 9.*

*N.* *Dosis* à 3*j.* ad 3*ij.* vel fiat emul-sio in dosi majori. *Sala.*

*N.* *Ex hoc semine exprimitur*  $\textcircled{O}$ , *quod ventri inunctum alvum laxare di-eatur.*

**CCCCXX. Elleborus niger.**

Ultimur non omnibus Ellebori nigri speciebus, sed (*monente Matthio-*  
*lo.*) *Helleboro nigro, flore roseo, C.*  
*B. 4.* cui tamen (*teste C. Bauhino in*  
*Theatro.*) alii substituunt *Hellebo-*  
*rumb nigram hortensem flore viridi.*  
Alii ejus loco cum successu utuntur  
*Elleboro nigro tenuifolio, Buph-*  
*thalmi flore, teste Bauhino in Matth.*  
*Germ. schwarz* *Diephyurus.*

Prior insignitur *Elleborum ni-*  
*grum, Matth.* (cui & *Helleb.* purpu-  
reо flore,) *Cast.* *Cam.* *Helleborus ni-*  
*ger, Lob. 2. Dod.* *verus, Ger.* *Veratrum*  
*nigrum, Dod.* *Legitimum, Clus. hist.*  
*Styriacum, Tab. C.B. 4.*

Posterior nominatur *Helleborus*  
*niger, Brunf.* *alter, Mauth. 3. Dod.*  
*no-*  
*stras, Cord. hist.* *Helleb.* *niger adulte-*  
*rinus domesticus, Trag.* *hortensis,*  
*Fuchs.* *Helleborastrum, Lob. Ger.* *Ve-*  
*ratrum nigrum, Cord. in D. Clus. pan.*  
*& hist. Tab. C.B. 2.*

Tertius dicitur *Elleborus niger*  
*verus, Trag. Lon.* *Pseudo-Elleborum,*  
*Matth.* *Bupthalmum, Dod.* *Clus. Cam.*  
*Helleborine tenuifolia, Cord. hist.* *El-*  
*leborastrum nigrum, Cam.* *Helleb.* *ni-*  
*ger ferulaceus Theop.* *Lob.* *Elleb.*

alterum, *Cast.* *Hellebor. Hippocra-*  
*tis, Tab. C.B. 9.*

Prior crescit copiose in Austria,  
Floret Januar.

**OFFICIN. NAT.**

*Rad. ac praecipue Cortex.*

*N.* *Colligendi tempus referunt*  $\textcircled{C}$  *in*  
*felici aspectu cum*  $\textcircled{A}$  *aut*  $\textcircled{Q}$  *existente sub*  
*orium*  $\textcircled{C}$  *crescente ac peragrante si-*  
*gnum Capricorni, Leonis aut Sagittarii,*  
*Heurnius,*

Vires. *Purgat potenter humores me-*  
*lancholicos, utile per consequens medica-*  
*mentum est, omnibus affectibus inde O-*  
*riginem trahentibus, quales, Maria, In-*  
*sania, Hypochondriaca passio, Elephan-*  
*tiasis, Herpes, Cancer, Quartana, Verti-*  
*go, Epilepsia, Apoplexia, Scabies. Sed*  
*caute & non nisi robustis ob violentiam*  
*quam exercere aptus natus est, cum ex-*  
*hibere conductit. In decocto tamen minus*  
*periculi. Corrigunt mastiche, cinam-*  
*ams, fanicul. & sim.*

*Dosis* à 3*j.* ad 3*ij.* in infusione dant  
nonnulli à 3*j.* ad 3*ij.*

**PRÆPAR.**

*I.* *Præparatio Ellebori officinarum.*

Maceretur (*rejecta medulla li-*  
*gneæ*) *per*  $\sigma$  *3. in Vino citonior* (alii  
in Malvatico) postea exicetur.  
August.

*Quercerano sufficit 24. hor. in*  $\textcircled{X}$   
*ros macerasse, Ph. Rest. c. 26.*

*N.* *Alii radicem ita præparatam ulte-*  
*riu pomo cidonio infingunt, idque pasto pa-*  
*nis obvolutum in cibano coquunt, postmo-*  
*dum radicem exempliam exiccant.*

*2. Præ-*

2. *Preparatio Recentiorum.*

**R.** Rad. Elleb. nigr. pulveris. q.v.  
irorra phlegmate  $\triangleleft$ i & ad lenem  
calorem continuo lignea spatula a-  
gita, iterumque irorra & agita, do-  
nec foetor omnis exhalari, radices-  
que gratum odorem & colorem ni-  
gricantem acquisiverint.

*Dosis*  $\exists\beta$  ad  $\exists j$ . cum corrigenti-  
bus. *Hartmann. in Croll. Sennert. Insti-  
Tenzel.*

**N.** Alii irrigant aliquoties (3.) succo  
rosar. & in umbra exiccar. sinunt, dant-  
ve ad gran. x. vel xij. imo ad  $\exists j$ .

3. *Extractum Elleborinigri.*

**R.** Cortic. rad. & fibrar. q.v. co-  
que in Vino albo generoso leni ca-  
lore hor. 3. in fine  $\Delta m$  augendo ut  
bulliant. Dein exprime, & coagula  
ad consistentiam Extracti.

*Dosis* à gr. x. ad xv. vel xx. cum ol.  
mastic. & sim.

**N.** Alii loco vini sola aquâ pluviali  
muntur, ut August. Alii aqua anisi, de  
qua oleum separatum, ut Heurnius in  
Meth. pract. vide & Wecker. vel Aq.  
major. aut Meliss. cum ol. per d. Hart-  
man. in pract. Alii  $\forall$  ut Beg. l. 2. c. 9.

4. *Extractum Elleborinigri Quer-  
estani.*

**R.** Rad. & fibrar. (cum  $\frac{1}{2}$  rosar.  
præparat) q. v. extrahe digerendo  
cum succ. Limonior. part. i. & succ.  
pomor. redolent. part. ij. (succiprius  
sint bene depurati & clarificati.) ex-  
prime. Fecibus affunde novum succ.  
Rosar. pallidar. clarificatum, ac de-

nus digerendo, extrahe colando &  
exprimendo. Ultramque Tincturam  
conjunctionem digere in  $\exists\beta$  & defeca.  
Defecatam Tincturam l.  $\nabla$  coagula  
ad formam extracti.

*Dosis* ad  $\exists j$ . cum stimulo aliquo  
vim ellebori vomitoriam obtunden-  
te e.g. Extract. diagrid. & sim. *Querc.*  
in *Pharm. rest. c. 26.*

5. *Aliud Quercet.*

**R.** Extr. elleb. nigr. (cum  $\nabla$  Anisi  
factum) affunde  $\forall$  digerendo, ex-  
trahe, filtra, coagula. *VVicker. ex  
Quercet.*

**N.** Si viridem habueris Elleborum,  
extractum quoque parare poteris cum  
 $\nabla$  ejus  $\frac{1}{2}$ ata, ad modum in *Efula ex-  
tracto delineatum.*

6. *Extractum Elleborinigri.**Sale.*

**R.** Cort. ellebori nigri,  $\exists\beta$ .  $\nabla$   
borrag.  $\exists\beta$  iiij.  $\forall$   $\frac{1}{2}$ iiij. digerendo ex-  
trahe vase cl. decanta, ex fecib. com-  
bustis extrahe Sal, idque Tincturæ  
admisce, digere per  $\sigma$  i. ac coagula.

*Dosis ad*  $\exists\beta$ . &  $\exists j$ .

**7. Syrupus Ellebo-  
ratus:** In hoc co-  
tinetur  $\begin{cases} \text{Cort. Elleb. } 3. \\ \text{Rhabarb. } 8. \\ \text{Fol. Senæ. } 16. \\ \text{Polypod. } 16. \\ \text{Helleb. alb. } 3. \end{cases}$  *partes.*

**8. Oxymel Elle-  
boratum :** In  
quo  $\begin{cases} \text{Helleb. nig. } 3. \\ \text{Efulæ } 2. \\ \text{Agaric. } 2. \\ \text{Turbit. } 8. \end{cases}$  *partes.*

*CCCCXXI. Elleborus albus.*

*Helleborus albus flore subviridi;*

*Fffff 2 C.B.I.*

*C.B.1.* Elleborus alb. *Brunsfel. Trag.* *Fuchs. Cord. hist. Lon. Cam. Clus. hist. Hel-*  
*leborum album, Matth. Lob. Cast. Ve-*  
*ratrium album, Cord. in Diosc. mas &*  
*fœmina, Tab. Germ. weiss Nieswurz.*

## OFFICIN. NAT.

## Radix.

Vires. *Ob violentiam purgationis,*  
*quam per superiora & inferiora exercet*  
*usum purgandi internum soli fere Ellebo-*  
*ro nigro linquit. Ingriditur tamen seu ba-*  
*sis vomitorium Conradinum. Extrinse-*  
*cus sternutationes movet, scabies, impe-*  
*tigines & serpiginos mundificat & sanat,*  
*Lethargicos excitat, (naribus indita)*  
*menses proritat (subdita.)*

## CCCCXXII. Epithymum.

*Ἐπιθύμος.* *Dioscor.* Epithymum,  
*Matth. Lob. Cast. Tab. Callutha minor,*  
*Dod. C.B.1. Germ. Thunselid.*

## OFFICIN. NAT.

## Integra Planta.

Vires. *Purgat blande melancholicos*  
*& serofos humores, calf. & sicc. 3. Usus*  
*princip. in scabie, ulcerib. affectib. melan-*  
*cholicis, in hypochondriorum & lienis*  
*passionib. & obstructionib.*

## PRÆPAR.

Syrupus de Epithymo. V.D.

## CCCCXXIII. Esula.

Esula herba est Linarie confor-

mis, nisi quod hæc lacteo succo ca-

reant, quo illa gravida est, juxta ver-

fum. : Esula lactescit, sine latte Linaria crescit.

Diversa sunt ejus genera iisdem

qualitatibus prædicta. Ex his eligere  
 monent pineam, i.e. que foliis pi-  
 num æmulatur.

Dicitur Esula vulgaris major. 5.  
*Trag.* Esula minor Officinar. *Lob.* *Esu-*  
*la minor, Dod.* *Tithymalus cupressi-*  
*nus, 2.* *Tab.* *Tithymalus foliis pini for-*  
*te Dioscoridis Pityusa, C.B.1. Germ.*  
*Wolffsmilch.*

## OFFICIN. NAT.

*Cortex præcipue radicis, hinc & fo-*  
*lia, quibus addi potest & succus, sed*  
*rariissimi usus est.*

Vires. *Pituitam validissime præcipue*  
*per inferiora purgat, unde & Rusticorum*  
*Rhabarbarum Esula audit.* Est autem  
*aceris ignea & erodens, adeo ut impuden-*  
*tium mendicorum fraudi inserviat, qui*  
*eius succo cutem sibimet exulcerant sca-*  
*brutiei specie.*

Corrigitur ejus feritas Bdellio,  
 Tragacantho, mucilagine Psyllii.  
 Quinimo mitescit præparatione, i.e.  
 triduana in facerrimo ros. infusio-  
 ne ac excitatione. Vide August.

N. *Quercetanus contentus est infu-*  
*sione 24. hor. in Pharm. Restit.* Alio sin-  
 galis diebus novum acetum affundunt.  
 Nonnulli perficiunt eandem macevatio-  
 nem in decocto myrobalanor. cum modi-  
 co cinamomi vel spica.

## PRÆPAR.

1. *Extractum Esula minoris Sale.*

2. *Cortic. radicis (in principio*  
*veris quando prodire incipit col-*  
*lect.) q. v. coque cum Vino albo ge-*  
*nerofo in diplomate. Expresso ac in-*  
*spissa:*

spissa : Inspissatum liquorem solve re coagula ad consistentiam Extractum, in  $\nabla$  plantaginis, macerata in  $\nabla$  plantaginis, macerata que in  $\text{MB}$  vel 3. vel 4. decanta, filtra, vel si opus clarifica cum albumine ovi, & coagula.

Dosis a gr. xij. ad xx. vel plura.

2. Aliud Extractum Esula, quod Rulantinum existimatatur.

R. Rad. Esul. min. ut in officinis veneunt, q. v. coque lento  $\Delta$  cum  $\nabla$  simpl. semper despumando, dum spumat,  $\nabla$  m inde cola & serva, aliquamque superfunde & coque collectam  $\nabla$  leniter coagula ad spissitudinem mellis, postea affunde  $\nabla$  ad eminent. digit. j. & vase clauso in loco calido, aliquandiu asserva. Tandem abstrahere leniter  $\nabla$ . Et relinquetur Extractum.

Vires. Feliciter  $\nabla$  intercutem pellit, &c.

Dosis a 3j. ad 5j. Hartm. in Croll. Sen. vert. in inst. Tenuzel.

Weckerius describit & Extract. Esula ex foliis siccis cum  $\nabla$  factum, idque per vomitum ac alvum expurgans.

3. Extractum Esula Quercetani.

Exprime succum ex radice & foliis, fecibus remanentibus affunde serum lactis (vel  $\nabla$  m lactis  $\nabla$  tam) ligere & aliquot, dein exprime. Expressiones utrasque confolas digere in  $\text{MB}$  ut defecentur, nec quicquam implius crassamenti deponant. Liquorem defecatum lento  $\text{MB}$  calor-

Dosis ad 5*fl.* in forma pilular. vel in liquore dissoluta.

4. Alter ejusdem Quercetani.

R. Esule viridis contus. q. v. destilla in  $\nabla$  (n.  $\text{t}^{\text{ri}}$  tamen comburatur) fecibus affunde destillatam illam  $\nabla$  m, digere, ut extrahatur Tinctura. Tincturam decantatam separa ab aqua sua in  $\text{MB}$  abstractam aquam reaffunde fecibus prioribus ex quibus parasti extractum idque toties repetendo, donec non amplius tingatur: Ultimò exprime; expressio nem prioribus Extractis adde.

N. 1. Si ex fecibus viri usque preparationis (precedentis atque hujus) combustis Sal cum sua propria aqua extraxeris, idque Extracto proprio addideris ejus purgandi vim & efficaciam validiorem readeas.

N. 2. Adhuc modum Extracta preparabis ex Thymelea, Mezereo & reliquis omnibus Thymali speciebus, & ex ipso quoque Elleboro nigro, si in loco eo habitataveris ubi recens colligi potest.

CCCCXXIV. Frangula.

Alnus nigra, baccifera, C. B. 1. frangula, Matth. Dod. Alnus nigra, Lob. Cam. Alnus baccifera, T. b. Arbor fœtida, Len. Trag. Avornus Crescentio. Germ. Faulbaum

OFFICIN. NAT.

Cortex interior.

Vires. Purgat humores noxios omnes, tam per vomitum quam per secissum, id-

Fifff 3 que

que sat violenter. Eapropter corrigi solet  
Cinam. Zinzibere sem. anis. fænic. & si-  
mul. Extrinsecus coquitur cum butyro, ad  
scabiem & similes morbos.

Dosis ad 3ij.

N. Rusticis familiare exhibet pur-  
gans.

*CCCCXXV. Gratiola.*

Gratiola, Matth. Dob. Lob. Cast. Cam.  
Tab. Ger. Limmesium s. centauroi-  
des, Cord. hisp. Gratiola centauroi-  
des, C.B. alius Gratia Dei. Germ. wild  
Aurum.

N. Veteribus ignota videtur, quam-  
vis aliqui papaver spumeum Diôscor. alii  
Eupatorium Mesuæ, alii Been album esse  
velint. Centaurida alii faciunt nec male,  
cum Centauru minoris species esse vi-  
deatur, & inter spurias Centauru mino-  
ris appellations quoque Helleborine ex-  
ter, que ob vires cum Gratiola eadem esse  
videtur.

Crescit in Campestribus & pratis.

*CCCCXXVI. Hermodactylus.*

Hermoda- ctylus est vel	<i>Iris tuberosa.</i> Hermodactylus verus, Matth. & Tab. <i>Colchicum</i> { <i>Sperniosum. Inusitatum.</i> <i>Satyrium</i> { <i>non venenatum. Hoc usuale &amp; hujus loci.</i> <i>Cyclamen</i> { <i>Hac Officini ignota sunt.</i>
-------------------------------	---

Dicitur Colchicum radice sicca-  
ta alba, C.B. 2. Colchicum album,  
Cord. hisp. Hermodactylus legitimus,  
Dob. Hermodactylus non venenati  
Offic. Lob. Hermodact. Off. Cam. Lon.  
H.d. albus. Serapioni. H. dact. Ori-  
entalis. Cesalpino.

N. Matthiolus & Tabernomontanus  
Hermodactylus in Officinis usitatum esse  
volui, radicem Iris illius tuberosa, &  
quibus dissentunt Dob. Lob. & alii.

OFFICIN. NAT.  
Radix, quæ ad nos ex Syria affertur.  
Reperitur Hermodactylus Radix  
alba,

OFFICIN. NAT.

Folia.

Vires. Efficax remedium est in hu-  
moribus aquosis, lenti, biliosisque specifi-  
cè evanescendis, quos vel ex remotissimis  
partibus trahit, atque tum per secessum,  
tum per vomitum expurgat. Hinc ma-  
gnus ejus usus esse poterit in Hydrope,  
Ictero flavo, &c. Et quia amaritudine in-  
super dotata est insigra, fugat lumbarios  
eorumque faburram expurgat.

Corrigitur Cinamom. sem. anis.  
Glyzyrrh. &c.

Dosis foliorum pulverизаторum,  
3j. vel in infuso ad 3ij.

N. Matth. exhibet folior. No. x.

P R A P A R.

Extraictum seu succus inspissatus  
*Gratiola.*

R. Fol. Gratiolæ, (Majo vel Au-  
tum collect.) exprime succ. clarifica  
& inspissa.

Dosis à 3j. ad 3ß.

alba, rufa & nigra, sed eligenda quæ  
foris & intus verè alba gravis com-  
pacta, quæ leni contusione in pulve-  
rem farinæ triticeæ similem facile  
redigitur, sapore suavi ac dulci.

Vires. Pituitam crassam, lentam,  
aliosque humores viscidos peculiaruer à  
juncturis efficiuntur trahiri, ob id articu-  
lorum affectibus, rhagra, podagra, &c.  
conducit.

Dosis à 3 fl. ad 3 fl. in infusione à  
5ij ad 3fl.

## P R A E P A R .

Pilule de Hermodactylo. Vide apud  
Augustanos.

Dosis à 3j. ad 3ij.

l.

## CCCCXXVII. Jalapa.

Jalapa radix est, exterius nigri-  
cans interius rufescens, radici Me-  
choacæ similis.

N. Incognita fuit majoribus & non  
nisi paucos ante annos ex India ad nos  
transportari cepit.

Dicitur Gialappa, Chelopa, Celo-  
pa, Jalapium, vel Gelapo. (à Massiliis  
quod Mechoacanna nigra, aliis Mechoacanna nigra,  
quod Mechoacanna allimileatur,  
C.B Bryonia, Mechoacana nigricans,  
No. 7.

Vires. Expurgat valide humores no-  
tis omnes, imprimis autem serofos idque  
stramolestantiam.

Dosis à 3 fl. ad 3 fl. in infusione à  
3 fl. ad 3ij.

## P R A E P A R .

l. Extratum Jalape.

Extrahe cum V, s. a. decanta &  
abstrahere ad consistentiam.

Dosis à 3 fl. ad 3j.

## 2. Magisterium,

Extrahe cum V optimo, hinc af-  
fundere aquam & præcipitatur.

Dosis ad gran. xvij.

## CCCCXXVIII. Mechoacanna.

Mechoacan, Mon. Dod. Lon. Frag.  
1. & 2. Tab. Ger. Mechoaca peruvia-  
na, Lob. Ger. Rhabarbarum indicum,  
Castr. Bryonia, Mechoacana alba,  
C. B. 6. alus Rhabarb. album, weiss  
Rhabarb.

## O F F I C I N . N A T .

Radix ex Provincia novæ Hispaniæ  
Mechoacan nomine ad nos allata.

Duplex habetur ratione loci: Pri-  
ma ex Mechoaca Insula affertur, al-  
tera vero ex continente circa Nicara-  
agua nata, que priore longe præ-  
stantiore est. Eligatur recens intus al-  
bicans, extus cortice cinereo vestita  
minus cariosa.

Vires. Pituitos aquosos serofosque hu-  
mores ex toto corpore ac in primis ex ca-  
pitis, ac nervoso genere, pectori que blande  
ac sine molestia educit. Utilissimum ita-  
que Remedium est in Catarrhis, ac inde  
ortis affectibus, in Hydrope, in omnibus  
arribuidis speciebus Lue Venerea, & si-  
mil. Quia tamen calida & secca est, &  
in calidis constitutionibus ejus usus ne sit  
continuus.

Dosis Infantibus 3j. præter propter  
Adultis à 3j. ad 3ij. in infusione ad 3 fl.

N. Conducit maxime infantibus in  
crudi-

cruditate ventriculi ac pectoris viscosa  
mucilagine expurganda.

## PRÆPAR.

## 1. Extractum Mechoacanne.

Extractum ut alia extracta parari  
potest cum V, vel secundum Quer-  
cetan. (in Pharm. ref. c. 26.) cum ▽  
aliqua Epatica, e. g. Endivię, succo  
Limoniorum vel Citriorum acidula  
reddita. Alii parant cum ♀, Hariman.  
in pract. verum minus recte, quippe  
vis purgatrix hac ratione obtundi-  
tur...

Dosis ad 3j.

N. Nihil luci in hoc Extracto pra-  
pulvere habes, praterquam quod dissolus  
in liquoribus possit.

2. Extractum Mechoacanne com-  
positum.

℞ Rad. Mechoac, el. non cariosa.  
3ij.

Turpeth. gumos & alb. 3j.

Zinziberis albi. 3ij.

Polypod. querini. 3j.

Incisis grossilo modo, extrahe dige-  
rendo cum V opt. & ▽ Beton. (qua ab Aloe est abstracta, si adsit) an ℥. exerce fortissime, fecibus reliquis  
aliam affunde ▽ m Betonicæ macera-  
iterum ac exerce, expressis liquo-  
ribus adde.

Mannę puriss. 3j.

Scammon. mund. 3j.

Agitando miscemantur, adde

~. ♂ i, g. v.

○○ Cinam. g. iii.

Redige ad consistentiam extracti.

Vires. Panchymagogon est, omnes hu-  
mores noxios stimul educens, præcipue an-  
tem serofos.

Dosis 3j. plus minus. Harim, in Croll,  
CCCCXXIX. Mezereum Lau-  
reola. Daphnoides.

Frutex est Mezereum Officina-  
rum, cuius baccæ Officin. Coccigni-  
di, s. grana cnidia vocantur.

Dicitur Chamelæa s. Mezereon,  
Trag. Germanicum, Lob. Chamelæa  
Germanica. Dod. Daphnoides. Fuchs.  
Cam. (Epit.) flore purpureo. Tab. Lau-  
reola major, Caſt. Thimelæa, Cord. in  
D. Daphnis alternum, Lon. Laureola  
folio deciduo flore purpureo Offi-  
cin. Laureola foemina, C.B. 2. Germ.  
Kellershals.

N. Suni qui Chamadaphnen Dioscori-  
dis faciunt. At aliū Dioscoridi ignotam  
fuisse volunt.

## OFFICIN. NAT.

Cortex, Folia & Grana.

Vires. Mezerei vis est ignea, acerri-  
ma, exulcerans, mordens, febres accen-  
dens, cordis principumque partium vires  
exolvens, validissime bilem, biliosasque  
serofitantes purgans. Corrigunt maceran-  
do hor. 24. in aceto (ut eleborus ac Esu-  
la) succo mali punici aut Lydonii, portula-  
ce, mucilagine sens. psyllis.

N. Aliū corrigunt infundendo in Vino,  
& uerum exiccando. Aliū triduanam  
macerationem in ♀ requirunt, singulis  
diebus novum ♀ affundendo & tandem  
▽ bene eluendo.

Dosis,

Dosis, Fol. ac Cortic. Mezerei optime preparatorum & correctorum ( sine correctione exulare debent) est gr. viij. ad xv. Grana à gr. vij. ad xv.

N. 1. Rejeiciantur fibra dum teritur.

N. 2. Ob malignitatem rariissime in sum venit.

## P R E P A R .

Pilulae de Mezereo. Vide sis apud Augustan.

N. Est & Mezeræum Chamelæa Tricoccos, C. B. i. Chamelæa foliis magnis & tenuibus. *Mesico*. Cham. itif. velalba, *Serapioni*. Chamelæa, *Math.*, *Dod.*, *Cord.* in *D.* *Bellon*. *Lon.* *Clus.* Tricoccos, *Lob.* *Cast.* Mezereon Arabum. *Lob.* Tricoccos, *Tab.* Chamelæa vera, *Cam.* Germ. Seidelbast. Verum officinis nostratis non adeo vulgare, quamvis sint qui pro Mezereo officinarum habeant.

## CCCCXXX. Myrobalani.

Myrobalani fructus sunt ex numero prunorum exoticorum, veteribus Græcis incogniti, ab Arabibus primum inventi.

Suntque My-	Chebuli	} omnes sunt usuales.
robalani	Citrini	
	Bellyrici	
	Indi	

Myr. Chebuli dicuntur Quebolia & Quebuli, Arab. Mirobal. Cepula, *Mes.* *Clus.* Chepula, Altinario, *Math.* *Garz.* *Lob.* Chebuli, *Cord.* *bif.* *Lon.* *Cast.* Chebulæ, *Tab.* *Ger.* Myrobal, maximi oblongi, angulosi, C. B. 1.

Citrini dicuntur Azafar, Arab. Myrob lutei, Attuar. flavæ, Garz. Lob. flavæ, *Math.* & lutea, Clus. in *Cord.* Myrob, citrea mas. citrini, *Cord.* *bif.* *Lon.* *Lob.* *Cast.* Ger. flavæ citrinæ luteæ, *Tab.* Myrobal, citrin, *Bellon*, Myrob, teretes citrini, C. B. 2.

Bellurici; Belleregi, Bellilegi, Belllegu, Arab. Myrob. bellirice, *Math.* *Cord.* *bif.* *Clus.* in *Cord.* *Garz.* *Lob.* *Tab.* Ger. Bellirici, *Lon.* *Cast.* Myrob, rotundæ bellirice, C. B. 3.

Indi: Asuar. Arab. Myrob, nigra, Attuar. *Mes.* nigri, *Lob.* *M.* Inda & Damsonia & nigra, *Clus.* in *corol.* Indice, *Lob.* *Tab.* *Ger.* s. nigræ, *Garz.* Indi, *Cord.* *bif.* *Cast.* Myrob. nigræ octangulares, C. B. 4.

Emblici: Embelgi, Emblegi, Ambegi, Arab. Myrob. de Seni, *Serapioni*. Seniticæ, Avicenna, Myr. Empelica, *Math.* Empelitica s. Emblica, *Clus.* in cor. Emblici, *Cord.* *bif.* *Lob.* *Lon.* *Cast.* Emblicæ, *Lob.* *Tab.* *Ger.* C. B. 5.

Eligendi sunt carnosiores, crassiores, ponderosiores.

Vires. Myrobalani citrini seu flavi bili flava educenda aptæ nati sunt, Indi s. nigræ, bili atra, chebuli, pituitæ ac postea bili, Emblici ac Bellyrici, itidem pituitæ.

Dosis à 3vj. ad 3jß.

## O F F I C I N . N A T .

1. Pilula de 5. generibus Myrobal.
2. Extrahatum Myrobalan.

3. Genus Myrob. quodecunque volucris exemptis nucleis, tere partem

Ggggg tem

tem carnosam subtiliss. Macera dies aliquot cum  $\nabla$  dein expime & in-  
spissa. Salsa.

N. Alii adhibent succum pomorum redolentium, indeque conficiunt Extra-  
etum Myrobalanorum pomatum.

## CCCCXXXI. Polypodium,

vulgar. H. usuale.  
Polypodium minus. Dod. 2. Matth.

I. Tab. &c.

Dicitur πλαντίον, Diosc. Polypo-  
dium, Brunf. Trag. Matth. Fuchs. Cord.  
hif. Lon. Lob. Caff. Cam. Tab. Ger. ma-  
jus, Dod. C.B. 1. Germ. Engelsif.

Reperitur in Fago, Corylo, in an-  
tiquis & cæduis saltibus, in ruder-  
ibus saxosis, præfertur tamen omni-  
bus quod in Quercu nascitur.

## OFFICIN. NAT.

## Radix.

Vires. Educt bilis adustam &  
punctatam lentam. Hinc utilissimum in ob-  
structionibus Mesenteris, Epatis ac Lie-  
nis, & inde natis passionibus hypocho-  
ndriacis, scorbuticis. Raro autem solum da-  
tur, sed alii purgantibus fere admisceunt.

## CCCCXXXII. Psyllium.

Φύλλον	Dioscorid. f. Indicum cre- natis foliis.
Psyllium	supinum, 2. Matth.
C. B.	Majus Caff. Tab. &c.

Minus.

Dicitur Psyllium, Trag. Matth.  
Fuchs. Cord. in D. & hif. Dod. Lob. Caff.

Ger. I. Tab. Germ. Psillienkraut.

Crescit sponte in Italia locisque  
nonnullis Germaniæ, solo gaudens  
aspero, nobis non nisi in hortis col-  
tur. Floret Julio & Augusto.

## OFFICIN. NAT.

Semen collectum Octobri.

Vires. Evacuat bilis flavam, muc-  
lagineque sua acrimoniam humorum ob-  
tundere apum est. Hinc convenit ma-  
ximoperem Dysenteria & Corrosione in-  
testinorum.

Dosis à 3ij. ad 5vj. scil. ex his  $\nabla$   
convenienti extrahitur mucilago  
propinanda sed raro.

N. Semen psylli hoc peculiare praeca-  
teris purgantibus habet, quod qualitate  
refrigerandi sit preedita, secus ac Mesue  
statuit. Verum enim vero nec tamen ex-  
tra reprehensionem positum est, quam  
incurrit ratione virulentia sua.

## PRÆPAR.

Electuarium de Psyllio.

Dosis ad  $\frac{5}{3}$ j.

## R.

CCCCXXXIII. Rhabar-  
barum.

Ῥάβαρον, Dioscor. Arab. Raved &  
Rhabarbarum, Romanis Raponti-  
cum Rhabarbarum, Officin. C. B. 1.  
Rhabarbarum, Garz. Acoft. Fragos.  
Lob. 3. Tab. 2. Ger. Rhab. America-  
num, Monard. Rhabarbarum f. Indi-  
cum, Cord. Rheum f. Rha, Dod.

Nullibi nisi in China provenit,  
unde in Turciam, hinc Venetas de-  
fertur.

tertur, & quidem vel navibus, quod  
tutius corruptitur, vel itinere ter-  
restri quod durabilius.

## OFFICIN. NAT.

## Radix.

Vires. Purgat benigne balem slavam  
mutamque viscosam ac tartaream in  
venireculo, primaque regione stabulan-  
tem. Epatis specifico confert, adeo ut cor-  
quis dicatur, curat sclerum, & qua-  
m quoque astritoriam obtinet in omni-  
bus morbis dissolutis, Dysenteria, Diar-  
rea præ aliis commendatur.

Corrigitur  $\frac{1}{4}$ . Cinam. Schænan-  
tos, Santal. cinn.

N. Partem purgantem & astringen-  
tem obtinere creditur, quartum prior fa-  
cilius exanimatur, posterior difficultius. Hinc  
in diversa intentione, diversimode quo-  
que tractatur. Nonnulli levi tostione vim  
urgantem minui & astringentem augeri  
in imaginantur, quod alii improbat,  
ne immerno, etenim cum vis purgans si-  
cur sit quam ut levi tostione in auram  
vaneat, tostio illa vix satifaciet. Pra-  
lat itaque si astritoriam vim auctam  
slimus, rejecta prima decoctione, denuo  
coquere, ac fortissima expressione ex-  
trahere.

N. 2. Radix Rhabarbari Monacho-  
ni, (alias Lapathe domesticæ hortensis  
nuru,) eandem purgandi facultatem cum  
vero Rhabarbaro habere creditur, modo  
ad duplo usurpetur. Hinc sunt qui pro Rha-  
barbaro ilud habent, sed male. Rhabar-  
barum quippe verum & à Rhabarbaro Mo-  
nachor. & à vero Rhabarbaro diversum,

nonnunquam ad nos transportatur. Week.

Dosis Rhabarbari veri ad 3ij. in in-  
fuso ad 3*lb*.

N. 3. Rhabarbarum ex omnibus ca-  
tarcticis est usitissimum, sine ullo peri-  
culi metu omni atatis atque ideo etiam  
pueris & pregnantibus convenientis.

## PRÆPAR.

1. Rhabarbarum conditum.

Cuj<sup>o</sup> dosis paulò major est crudo.

2. Syrupus de Cichorio cum Rhabarb.  
(in quo solum Rhabarbarum.) V.D.

3. Syrupus de Rhabarb. solutivus, in  
quo part. æqu. Rhab. & fol. Senç.

Rhabarb. 5.

Cartham. 4.

4. Syrupus Diasereo, { Agaric. tro-  
in quo partes chise. 2.

Fol. Sen. 1.

5. Trochisci de Rhabarb. V.D.

6. Pilula de Rhabarb. V.D.

7. Extractum Rhabarbari.

8. Rhabarb. cl. q. v. extrahe s. a.  
digerendo cum  $\nabla$  dest. Epatica (En-  
div. Cichor. Agrimon.) affusis ali-  
quot guttulis ol.  $\frac{1}{2}$  per d. decanta ac  
exprime, coagulaque ad formam Ex-  
tracti.

Alii addunt quoque corrigentia,  
eaque simul extrahunt. Sic Quercet.  
8. Rhabarb.  $\frac{1}{2}$ *lb*. addit Cinam.  $\frac{3}{4}$ *lb*.  
Santal. 3j. Extrahitque cum  $\nabla$  En-  
div. succo Limonior. vel Citriorum  
acidula redditum, Pharm. Ref. c. 26. Fit  
quoque Extraquum per  $\nabla$  Vide We-  
ckerum.

Dosis 3j. ad  $\frac{3}{4}$ *lb*. 3j. Acui. tamen  
Ggggg 2 . . potest

potes Diagrid. præparat. Gummi pit, vulgari paulo majus, cujus ope-  
rimentum seu siliqua, quæ semina continet, tuberculis asperis non est  
obsita ut in vulgari, sed leve & cine-

*N. Melius est extractum simpliciter  
sine corrigentibus confidere, cui si opus sit  
pro intentione Medici oleum aliquod con-  
veniens. E.g. Macis, anisi, & sim. admis-  
sceri potest.*

**CCCCXXXIV. Ricinus.**

*S*Vulgaris, Hujus loci.

*Ricinus* Americanus, De hoc infra.

Dicitur *Kizzi*, *Diosc.* *Plin.* *Ricinus*,  
*Trag.* *Matth.* *Fuchs.* *Dod.* *Cord.* *Lon.* *Lob.*  
*Cast.* *Tab.* *vulgaris*, *Cam.* *C.B.* *t.* *Cata-*  
*putia major*, *Fragos.* *Granum regium*  
*majus*, *Mesueo*, *al. t.*, *Palma Christi*.  
*Arab.* *Alkaroa* & *Kerva*. *German.*  
*Wunderbaum*.

Colitur in hortis tūm ob rarita-  
tem, tūm ob talpas, quæ ejus pre-  
sentiam fugere dicuntur.

**OFFICIN. NAT.**

*Semen seu Nuclei* cortice suo tri-  
quato echinato exuti.

*Vires.* Potenter bilem & pituitam  
pellit, calf. & sicc. 3.

*Dosis.* Nuclei N. xij plus minus.

*N. Rarissimi itidem usus est.*

**PRÆPAR.**

*Oleum ex semine expressum* quod di-  
citur *oleum de Kerva*. V.D.

*N. Oleum hoc dicunt oleum siccus in-*  
*fernalis.*

**CCCCXXXV. Ricinus Ame-**  
**ricus.**

Est & genus Ricini, quod ante an-  
nos aliquot ex America adferri ce-

pit, vulgari paulo majus, cujus ope-  
rimentum seu siliqua, quæ semina  
continet, tuberculis asperis non est  
obsita ut in vulgari, sed leve & cine-  
rei coloris: ipsum granum sive se-  
men vulgari simile, nigrum tamen  
& non maculosum, nucleumque  
continet solidum.

Nominatur *Ricinus Americanus*,  
*Lob.* *Tab.* *Cluf.* in *Monard.* *Ricinus A-*  
*mericanus*, *C.B.* *2.* aliis curcas. *Vulg.*  
*Grana* *tiglia*. Ubi tamen notandum  
Granadillam Monardo grana esse  
ab his diversa & granati seminib*us*  
similia.

*Vires.* Valenter superne ac inferne  
purgat.

*Dosis* nucleus unus excorticatus,  
vel solum dimidium nuclei.

*Sambucus*, vide supra classe  
prima.

*S.*

**CCCCXXXVI. Senna.**

<i>Senna</i>	<i>Alexandrina</i> f. foliis acutis.
<i>C.B.</i>	<i>Hec præstantissima.</i>
	<i>Italica</i> f. foliis obtusis. <i>Hac</i>
	<i>prior substituitur.</i>

Prior inscribitur *Senna Alexandrina*, *Trag.* *Cam.* *Orientalis*, *Bellon.*  
*Lob.* *Tab.* *Ger.* alis *Egyptia.* *Syriaca.*

Altera dicitur *Senna*, *Hermolaos*,  
*Sena*, *Matth.* *Fuchs.* *Dod.* *Cord.* *hist.* *Lon.*  
*Lob.* *Cast.* *Italica*, *Trag.* *Tab.* *Ger.* *Cam.*  
altera media dicta, *Bellon.* alis no-  
rias.

*N. Veteribus Gracis ind. ita videtur,*  
*primumque à Serapione descripta.*

**OFFI-**

## CLASSIS III.

237

## OFFICIN. NAT.

Folia tūm quoque folliculi, sed raro.

N. Folia præscr. buntur plurimum s. f. i. e. sine stipitibus à quibus eligendo se- ligendoque separantur.

Vires. Senna inter purgantia usitatis sima est, adustos ac seruos humores & hinc flavam bilem pituitamque ex Capite, Epate, Liene continuatoque usū à junckris sine noxa sat benigne educens. Excitat tamen nonnunquam tormenta, id quod ex abundantia pituita vitrea seu mucilaginis acriis evenire nonnulli volunt. Verum rectius semire videntur, qui uerucliori ac magis terrestri seu particula forti expressione protecta, adscribunt. Quia autem calida ac secca (1) corrigitur flor. viol. Borrag. Prun. & quo minus veniriculo obesse possit, additur Lianam, Galang. Zinzib. &c.

Exhiberi potest omni ætati & vel ipsis prægnantibus.

Dosis in subst. à 3j. ad 5ij. in infus. à 3ij. ad 5i.

N. Adhibetur & extrinsecus ad melancholiā capitis arcendam (in lotionibus capiti).

## PRÆPAR.

1. Pulvis sena Montag. V. D.
2. Syrupus folior. sena. V. D.
3. Syrupus de pomis Reg. Sabor. V. D.
4. Electuar. Diabelzemer f. Sennatum Renod.
5. Passula laxativa. V.D.
6. Extræcum.
7. Fol. Senæ Alexand. 3j. affunde

▽ simplic. ferventem (acutam si libet aliquot guttis ol. ♀ per d.) 5vij. Extrahe, exprimeque leniter, clarifica, inspissa ad consistentiam justam.

N. 1. Alii extrahunt macerando cum ▽ billat. pomor. redol. Beguin. Quercet. Alicum ▽ Lupuli. Scolopend. Borrag. Fumar. addita portione alia Caryophyl. Zinzib. sem. fanic. Augustan.

Dosis à 3i. ad 5j & ultra.

N. Extræctionem ex uisdem foliis se- cundo ne repeta: gravia nimirum tor- mi na excitate afolet.

## CCCCXXXVII. Solda- nella.

Κεράμη Γαλασία, Dioscoridi. Sol- danella, Dod. Lon. Lob. Tab. Marina, Ger. Brassica marina, Matth. Cord. Lon Cast. Cam. Soldan. maritima minor, C.B. z. Germ. Meerwinden.

Crescit in locis maritimis Italiæ, Gallia, inferioris Germania, Floret æstate.

## OFFICIN. NAT.

Herba seu Folia ad nos ex Gallia allata.

Vires. Calf. & sicc. 3. Aquam valide edicit, adeoque confert in hydrope, scorbuto, &c. Corrigitur cum stomachicis Zinzib. Mac. Cinam. sem. amf &c.

Dosis in substanc. à 3i. ad 5j.

## PRÆPAR.

Succus inspissatus.

## CCCCXXXVIII. Spina in- fectoria.

Rhamnus Catarcticus, C.B. G. Rha-

mnus solutivus, Dod. Ger. Rhamni alia species, Trag. spina infectoria, Matth. Bellon. Lob. Caff. Clus. hyst. Tab. Cervi spina, Cord. hyst. spina alba, Lon. Germ. Wegdorn/Creugbeer.

Crescit juxta sepes in sylvis aliisque locis incultis, amans scrobes & rivulos, familiarisq; est tractui circa Rhenum. Floret Majo, fructus fert Autumno,

## OFFICIN. NAT.

Baccæ collectæ in fine Septembbris aut initio Octobris.

Vires. Purgant bilem, pituitam ac maxime serofos humores, unde usus precip. in Cachexia, Hydrope, Arthritide.

Dosis baccar. à N. xv. ad xx. vel aridae baccæ teruntur, daturque pulvis à 3j. ad 3iB. in decoctione coquuntur baccæ N. 40. vel 60.

## PREPAR.

1. Succus ex baccis expressius.

2. Syrupus de spina infectoria s. Syrupus domesticus. Syr. de Spina Cervina. Fit ex succo ac melle additis corridentibus.

Dosis 3j. 3iB. V. D.

N. Ex baccis immaturis fit luteus color, ex maturis, Viridis (Saffigruin.)

## CCCCXXXIX, Staphisagria.

Staphis agria descripta est supra. Hujus loci semen est quod purgat per vomitum, sed rarissimi usus est.

Dosis gr. 12. vel 15.

T.

## CCCCXL. Turpethum.

Turpethum	1. Arabum s. Turbit, officinarum.
C.B.	2. Indicū Turbit, Garz. Acoft. Trag. Dod.
	3. Garganicum s. pseudodo Turpetū, Matth.

1. Dicitur Turbith Mesuæ, Matt. Turbitum s. turbit Arabum, Cord. h.
1. Alexandrinum, Lob. Ger. Caff. Thapsiae radix, Fuchf. Turpetum, Tab.

N. Hoc esse quod in officinis usitatum est, authores sunt, Clus. in Garz. Matt. & alii quam plurimi.
--

2. Dicitur Turpetum repens foliis Altheæ. C.B.
--

N. Hoc esse verum officinarum Turbub defendit Garzias & ex hoc Dodoneus, &c.
--

3. Nihil aliud est, (teste Matthiolo,) quam radix vel Thapsiae vel pityusa ex Gargano Apulia monte allata, vel (teste Clusio in Garziams.) Scammoneæ Radix loco veri Turbith venundata.
---

OFFICIN. NAT.
Cortex seu Radix à medulla lignosa sequestrata.

Vires. Calf. 3. crassos viscososque humores serue puritam, fortiter & aremotioribus partibus, juncularisque elicit; unde & diurnis morbis maxime conductit. In primis proficius ejus usus est in Arthritide, ventriculo purita abundante, Asthmate, Lue venerea, Hydrope, Elephantias, scabie, &c.
--

Quia

## CLASSIS III.

239

Quia ventriculo nauseam & vomitum procreare per se solet, corrigitur Zinzbere, Mastiche, Pipere, Cinam. Foenicul.

Dosis à 3ij ad 3iiij. in Infusione à 3ij. ad 3iiij.

N. Infantibus ac gravidis dare caverio.

## PRÆPAR.

1. Species Dianurbis C. Rhab. V.D.
2. Pulvis Stockfaldii, dictus. V.D.
3. Pilule de Turbith stomachica Medic. V.D.

4. Acetum de Turbith. Varii generis.

Vires. Commendatur in peste, sique ex Turbith, ruta, myrrha, aloë aliisque præcedentem arcentibus in  $\ddagger$  infusis.

## 5. Extractum.

N. Quia Turbithum resinosum est, sunt ajunt gummosum, convenient cum  $\ddagger$  Extraclum ejus confidere.

Dosis hujus Extract, à gr. vij ad x. & plura.

## CCCCXL I. Tamarindi.

Tamarindus Serapioni, Tamarindi, Matth. Bellon, Garz. Acoft. Fragof. Lob. Alpin. Tamarindi, dactyli Indici. Meleo. Thamarindus, i.e. Acacia Indica, Cord. hist. Thamarindi, Cam. Epit. Palmæ sylvestr. fructus oxyphænica, Lon. Caff. Siliqua Arabica, quæ Tama-

rindus, C.B. 3.

## OFFICIN. NAT.

Dactyli acidæ (sic dicti ab Arabico Tamar quod dactylus est: dicuntur & ὁξυφῶνες palmulæ acidæ, non quod fructus palmæ arboris sint. Arbor enim Tamarindifera instar Fraxini procera est.)

Eligendi recentes, nigro-rufescentes, teneri, multis villis intertexti, pingues, acidi s. vinosi.

Vires. Refriger. & sicc. 2. humorum acrimoniam & fervorem reprimunt, billem ac adustos humores blande ducunt, siti succurrunt.

Dosis à 3ij. ad 3iiij. in Decocto. Alii à 3ß. ad 3i.

N. Parum nutrimenti subministrant.

## PRÆPAR.

Pulpa Tamarindor. V. D.

Dosis ab 3j. ad 3iij.

Sunt qui paulo aliter hanc pul- pam depuratam conficiunt. Extra- clam Essentiam ve Tamarindor, vo- cant.  $\ddagger$ . Tamarind. q.v. coque in f. q. aquæ. Exprime clarifica cum albumi- ne ovi ac inspissa.

Dosis à 3ß. ad 3j. & ultra.

N. Fit &  $\ddagger$  ex Tamarindis l. a. sed minime purgat. Sala.

Eleutherium Diaphanicum. V.D.

## CLASSIS IV.

## De Purgantibus secundariis.

A.

## CCCCXL II. Aloë.

Aloë est succus sapore amarissi-

mus, qui ex Arabia ac Ægypto ad nos pellibus involutus, deportatur. Genera ejus moderno tempore offi- cinis